UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Addenda et emendanda in tom. II.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1677

Visual Library

ADDENDA ET EMENDANDA

IN TOM. II.

DEDIC. ET PRAEF. AD VELL. PAT.

P. 533. v. 5. *quae*] lege *quam*.
P. 537. v. 3. editione] *lege* editioni.

DE HESIODI FRAGMENTIS.

P. 584. v. ult. Πυράμενος] *lege* Πυράμινος.

DE ORPHEO.

P. 612. v. ult. not. *Adde:* Schneiderus tamen sententiam ſuam tuitus est in Epist. ad auctorem Novae Biblioth. Philol. T. IV. P. II. p. 297—301, teste Saxio On. Liter. P. VIII. p. 366.

DE HERMESIANACTIS ELEGIA.

P. 619. not. ad v. 4. κοινὴν ἄκατον] Ruhnkenii interpretationem, diu antea in priore Ep. Crit. II. edit. p. 74. propositam, probaverat item Burmannus ad Anthol. Lat. T. I. p. 253.

P. 623. v. 8. a. f. 'Ηοίας *a* Καταλόγῳ *non diversas fuisse.*] De Hesiodi 'Ηοίαις μεγάλαις, Ruhnkeniani nominis memores, plura laudarunt ad Eunap. Boissonadius p. 266. et Wyttenbachius p. 133.

DEDIC. ET PRAEF. EX ALT. TIMAEI ED.

P. 662. v. 4. not. supra p. 111.] *lege* supra p. 90 et 111.
P. 671. v. 3. not. Elog. Hemst. p. 26] *lege* Elog. Hemst. p. 273.

PRAEFATIO AD SCHELLERI LEX.

P. 706. v. 15. *Aliis — qui, qua sunt modestia, nominari nolunt.*] Quos quum adhuc vivere comperissemus, quominus nunc nominaremus, eadem ratio vetuit.

MISCELL. LATINITATIS, CAET.

P. 713. v. 12. a. f. ὀρειτὶς] Perperam positus accentus, cum scribatur ὀρείτης, judice Bastio ad h. l. in Gregorio Schaeffer. p. 307. Corrige ergo ὀρεῖτις.

P. 716. v. 17. *Coaevus*, caet.] Similis est ratio verborum *coaetaneus* et *contemporaneus*. Latine dicendum, *aequalis*.

P. 717. v. 8. *Colobon*] Sic legendum esse, negat Boissonad. ad Eunap. p. 174.

P. 726. v. 3. a. f. *Facinus. Flagitium*] Simile *flagitii* et *sceleris* discrimen, ostendit Vavassor de vi et usu verborum, p. 531.

P. 726. v. 15. *Exvelo*, *caet.*] Aliter de Propertii loco sensit Wyttenbachius ad Plutarch. de Rect. Aud. Rat. p. 37, C. ubi haec est Viri Cl. animadversio: „ Ita juvenes plerique cum praetextat deponunt pudorem: atque huc spectat „ Propertius III. 13. 3: *Ut mihi praetextae pudor exvelatus amictu, Et data libertas noscere amoris iter:* in quo „ illud *exvelatus*, quod est ex Jos. Scaligeri emendatione, „ retentum ab J. Broukhusio, praeferam vulgato *est velatus*, „ et aliorum correctionibus quamvis acutis a P. Burmanno „ Sec. memoratis, Guyeti *est elatus*, et Heinsii *est ablatus:* „ siquidem factum videtur e Graeco ἐκκαλύπτεσθαι." Cf. omnino locus Herodoti l. 8. ibidem allatus.

P. 728. v. 3. *Figmentum*, *caet.*] Tironum causâ addimus, Latine dici *commentum*.

P. 729. v. 12. *Germanus*, *caet.*] Cf. supra, Add. ad Diss. de Antiphonte.

P.

P. 735. v. 1. *Inquit, caet.*] Cf. Heusingeri monita, Obss. Antib. p. 471.

P. 745. v. ult. *Omnigenus, poëtica vox*] Sciant tirones, in prosa potius dicendum esse, *omnis generis.*

P. 752. v. 7. *Protector*] Barbarum, judice Ruhnkenio, et Gallicismum sapit: Latine, *patronus, fautor.*

P. 760. v. 14. *Spernere, caet.*] Conferri potest Lindemanni ann. ad Vit. Ruhnk. p. 135.

P. 762. v. 1. Athol.] *lege* Anthol.

EPISTOLAE.

P. 772. v. 10. debitnm] *lege* debitum.

P. 773. not. Plura vid. in Praefat. p. VIII.

P. 774. not. *in Praefatione*] pag. LVI sq.

P. 775. v. 11. a. f. Redingerum] *lege* Rudingerum.

P. 780. v. 11. absqne] *lege* absque.

P. 792. not. Locis laudatis adde: Ep. ad Ritt. VIII. p. 799. et ad D'Orvill. IX. p. 812.

P. 794. v. 10. *Dirquens*] Legendum videtur *Dierquens*, ut infra p. 821 scribitur.

P. 795. v. 13. *Callimachearum Emendationum Specimen*] Quod ipsum Specimen legitur infra Ep. ad Ern. I. p. 813 sqq. Cf. quae in Praef. diximus p. XIII.

P. 811. v. 10. *Askew et Freeman*] Hic quis fuerit, ignoramus: ille Medicus fuit Londinensis, eruditione clarus, ac per longum tempus peregrinatus: teste Saxio On. Liter. P. VII. p. 109. Cf. Wesselingii Praef. ad Herodot. p. VI, med. et Vita Reiskii p. 110.

P. 831. v. 6. *Σύμβολον ἀγρυπνίης*] Cf. infra Ep. X. p. 848. et annot. ad Callimachi Epigramm. p. 338.

P. 832. v. 10. *Bergerianum*] Corrige *Berglerianum*, ut supra Ep. II. p. 822, vs. 16. Ceterum de toto hoc negotio Herodoteo plura petantur ex Wesselingii ad Reiskium

Epi-

Epistolis, hujus vitae subjectis, p. 791, 793, 799 sq. 804, 807 sq. 809, 812 sq. Cf. et Bernardi Ep. p. 456.

P. 833. v. 10. a. f. *Recensio*] Sic scripsit Ruhnkenius juvenis. Latine, ut notum est, rectius dicitur *Censura*; et ipsum verbum *censere*, de eo, quod vulgo barbare dicunt *recensere*.

P. 837. v. 11. a. f. *Accuratione*] Hic item minus proba voce usus est Ruhnkenius, quam postea damnavit ipse in Mureto. Vid. horum Opusc. p. 707.

P. 856. EPIST. XIV.] Verbo monemus, datam esse hanc Ep. paulo post repetitam ab Ernesto a. 1759 Homeri editionem Clarkianam, cujus in ea mentio fit pag. seq.

P. 873. v. 13. *Rev. Alberti in praefat. ad Hesychium*] T. I. p. XXXIX, his verbis: *quam* (Ernesti significat Dissertationem de vera indole et recto usu Glossariorum, in primis Hesychii), *ad eundem scopum compositam, et ab eruditissimo Juvene*, Davide Ruhnkenio, *Pomerano*, *Academiae nostrae cive ornatissimo, mihi suppeditatam, adjicere malui.*

P. 885. v. 3. JUNGIUM] Jungius ille, ad quem h. l. Ruhnkenii exstant literae, quique ab Heerenio l. c. titulo Consiliari Aulici (*Hofrath*) ornatur, non alius fuisse videtur, quam Jo. Henr. Jungius, Osnabrugensis, historicus et philologus, natus a. 1715, auctor et aliorum librorum, et *Verconii Thurini, sive de poena fumi apud Veteres*, Roterod. 1761. 8. de quo viro egit Saxius On. Liter. P. VIII. p. 18 sq.

P. 886. v. 5. BIBL. BREM.] Corrige: BIBL. BREM. NOVA.

P. 886. v. penult. not. *Vol. XLIV.*] Corrige: *Vol. XXII. No. XLVI.* Sed ipsa Viri verba, quoniam liber non omnibus ad manum erit, h. l. referre juvat. Sic igitur ille: *The entire Lexicon has lately been printed at Leipzig, upon wretched paper, and turns out to be a very worthless farrago of*

ety-

etymological nonsense: useful only so far, as it serves to correct some passages of other Lexicons.

P. 892. v. 10. *Wyttenbachius*] Qui postea ipse fassus est, se ab aliorum proposito edendorum librorum ad Plutarchum avocatum esse a Ruhnkenio, Bibl. Crit. P. XI. p. 24. Vit. Ruhnk. p. 237. et Praef. Animadv. ad Plutarchi Moral. p. 18.

P. 892. v. 9. a. f. ἐπίδοσιν] Restituimus pro vitioso ἐπίδασιν, quod et apud Saxium legitur, et hinc in Ed. Londin. migravit.

P. 910. v. 1. Qandoquidem] *lege* Quandoquidem.

INDEX I.

V. Reitzius. *Adde:* Reitzii festinatio in Luciano edendo. 280.

V. Suetonius. *Adde:* Suetonius *Lenis*, ac *Paullinus.* 761.

Alia, ex Fragmentorum Supplemento petenda, cum in hoc, tum in Graeco Indice, facile supplebit docti Lectoris diligentia.

EPILOGUS.

Atque haec hactenus. Quod reliquum est, nefas sit a scribendo disistere, anteaquam maximas, quas par est, gratias publice egerim Viro Doctiss. JO. TIB. BODEL NIJENHUIS, quocum conjunctis animis consiliisque hujus omnis laboris molestias pertuli, ejusdem plane singularem diligentiam saepius expertus. Quem Juvenem, Jurisprudentiae, Historiae, Antiquitatis, omnis denique Humanitatis, ut studiosissimum, ita peritissimum, et claris illis superiorum seculorum Typographis ac Bibliopolis, in his avo optimo ac celeberrimo Viro JO. LUCHTMANS, aliquando similem futurum, nunc sibi socium adjunctum gaudet Libraria Luchtmannorum Officina; atque ut diu sospitem incolumemque sibi servet, in commune Literarum emolumentum, ut omnes optant boni, ita faxit Deus O. M.